



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 28. Sigismundus Battorius Transylvaniae Princeps suo Principatu in Maximiliani Archiducis favorem cedens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI.
A.C. 1598.

§. XXVIII.

*Sigismundus Battorius Transylvaniæ
Princeps suo Principatu in Maximilian
liani Archiducis favorem
cedens.*

Spond. ann.
1596. n. 1.
& seq. n. 14.
an. 1598.
n. 20.
Thuan. l. 121
p. 849.

Jam anno millesimo quingentesimo no-
nagesimo sexto Sigismundus Batto-
rius Transylvaniæ Princeps Pragam ad
Rudolphum II. Imperatorem cum splen-
dido comitatu venerat, ut suadente
Alphonso Carillo Jesuita, præsentis
Nuntio Apostolico Episcopo Casertano,
eidem exponeret, quatenus sibi Tran-
sylvaniam commutare liceret, eo-
quod ad hujus Principatus conserva-
tionem adversus Turcam potentissimum
hostem viribus impar esset: attamen
prudentissimus Cæsar objecta tantæ rei
difficultate illum ab hoc proposito gra-
vissimis verbis dehortabatur: cessit equi-
dem Battorius Rudolphi monitis, anno
tamen sequenti rursus itinere Pragam
facto eundem iterata sua petitione fati-
gabat, & quamvis denuo repulsam fer-
ret, & ipsemet Pontificius æque, ac Hi-
spanus Oratores illum a cœpto hoc con-
silio avertere niterentur, Battorius ta-
men precibus suis pertinacius insistens,
ac privatam potius vitam imperio de-
posito seligere statuens declarabat, se vel
dispari,

Sæcul. XVI.
A.C. 1598.

dispari, & iniqua permutatione contentum fore: si vero Cæsar id permittere nollet, cum Polonis, atque cum Turcis se transacturum affirmabat: cum ergo Cæsar juvenem hunc Principem nullis rationibus a suo proposito revocari posse cerneret, aliunde vero tam nobilem Hungariæ partem vel in exterorum, aut Turcarum potestatem devolvi pertimesceret, hinc necessitate compulsus cum eo hunc in modum convenit. I. Sigismundus Rudolpho Transylvaniam, Valachiam, & Moldaviam cedat, illarum vero loco Sigismundus Oppolensem, & Ratisborensẽm Ducatum in Silesia obtineat unacum quinquaginta aureorum millibus. II. Si vero Sacris ille initiaretur, tantundem redditum ei ex bonis ecclesiasticis Cæsar designet, atque apud summum Pontificem pro consequenda Romana purpura operam suam impendat. Hæc eo tempore utrinque fuere transacta: postea vero hoc anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo octavo Rudolphus Cæsar Stephanum Zuhajum, Nicolaum Isthuanfium Hungariæ Vice-Palatinum, unacum Vaciensi Episcopo, & Petzio Jurisconsulto in Daciam ablegabat, qui pacta accedente Ordinum consensu firmari curarent. Igitur Battorius die sexta Aprilis Claudio-poli Proceres, ceterosque Provinciæ Magna-

Sæcul. XVI
A. C. 1598.

Magnates convocat, ac coram Cæsare Legatis, quid inter se, & Imperatorem actum esset, exponens, illos, subditosque suos fidei juramento, quo ei hactenus obstricti erant, solvit, eosque in Cæsaris fidem jurare præcipit: his peractis Battorius, quamvis a multis Proceribus, præcipue a Michaele Valachiae Vayvoda, seu Præfecto, necnon ab altero Battorio rogaretur, ut mutata animi sententia in patria permaneret, & deinceps Christianam Rempubicam strenue tueretur, nihilominus cum exiguo comitatu, relicta uxore, & Provincia die decima septima Maji Jaurinum ad Mathiam Archiducem, inde vero Viennam, & Utratslaviam contendit, ibidem mense Junio exceptus.

§. XXIX,

Battorius Cardinalis huic cessionis oblectatus.

Abeunte Sigismundo Rudolphus Cæsar pro felici hujus Provinciæ regimine necessaria stabilire sollicitus Maximilianum Archiducem Transylvaniæ Governatorem destinabat: mox vero percepto hujus cessionis nuntio Andreas Battorius Cardinalis Sigismundi Patruus in Poloniam ad Sigismundum advolat, adversus Maximilianum auxiliares copias postulaturus, utque eo facilius